

www.e-rara.ch

Historia animalium

Conradi Gesneri medici Tigurini historiae animalium lib. I. de quadrupedibus viviparis - opus philosophis, medicis, grammaticis, philologis, poëtis & omnibus rerum linguarumque variarum studiosis, utilissimum simul iucundissimumque futurum. ...

Gessner, Conrad

Tiguri, anno 1551

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: NNN 41 | F

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1927>

Mus peregrinus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien - von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material - from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes - des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

dioraq; esse. Medici fimo ratti, id est muris maioris, ad alopecias utuntur: Venenū in cauda gestare dicitur, Obscurus, Nos muscerdarum muris simpliciter, i. minoris domestici ad alopecias usum esse, copiose docuimus supra in Mure G. Ratti cum libidine accenduntur, adeo perniciosi sunt, ut si eorum urina partem aliquam hominis nudam attigerit, carnes eius usq; ad ossa putrescere faciat, neque cicatrix ulceri possit induci, Liber de naturis rerum. Alij, ut Arnoldus & Albertus, simpliciter hoc de muris urina scribunt.

DE MVRE AQUATICO.



MVRIS quoddam genus aquatile esse audio, magnitudine ferè ratti terrestris, colore quodammodo subruffo. Germani uocant *wassermuß*, Angli *waterratte*; Itali *sorgo morgange*, id est murem mergum. Gallis *rat d'eau*. Pisces uenantur, ut aiunt: & aqua submersi per caua quaedam aliunde in terram redire creduntur, quoniam aliqui saepe cum obseruassent submersos, diu expectantes nusquam rursus emergere uiderunt. Rattus alius terrestris est, alius fluuiatilis, Obscurus. Ego non in fluuijs, nec alijs aquis magnis, sed paruis tantum, riujs & alijs uersari audio. Quidam nuper in nonnullis Gallia locis etiam in cibum admitti rattum aquaticum mihi narrauit: quod tamen uerum esse affirmare non ausim. In Colusis Arcadiae fontem esse aiunt, in quo mures nascuntur terrestres, & natant in eo uitam agentes: idem in Lampsaco fieri aiunt, Aristoteles in Mirabilibus: Ego Lufis non Colusis legerim. Lusi enim (quanquam uulgati codices duplex s. habent) urbs est Arcadiae, teste Stephano, ubi Melampus Proeti filias lauit & infania liberauit. In Lufis Arcadiae quodam fonte mures terrestres uiuere & conuersari Theophrastus scribit, Plinius, Pausanias quoq; Lufos urbem in ea terra collocat, qua Polybius Lufas in montanis agri Clitorij, Hermolaus. Magos qui Zoroastren sectantur, imprimis colere aiunt herinaceum terrestrem, maxime uerò odisse mures aquaticos, (*μὲν ὑδάτων*) & quo quisq; plures occiderit, eò chariorem deo felicioremq; existimare, Plutarchus Symposiacorum quarto quaestione ultima. Et mox, Quare Iudaei etiam si execrarentur suem, occidere deberent, ut magi mures. Caeterum in Commentario de Iside, magos scribit animalia quaedam boni daemone esse putare, ut canes & gallinas, & terrestres echinos: mali autem aquaticos esse, *τὸν ὑδάτων εἶναι*: lego *τὸν ὑδάτων μὲν*, ex superioribus locis. An uero aquaticos mures intelligat illos de quibus hic scribimus, incertū est: ego testudines aquaticas potius, (nam has quoq; mures appellant,) intellexerim.

MVS PEREGRINVS.



MVS CVM, qui & nunc in delictiore usum uenit, ab Hieronymo dici quandoq; peregrinum murem sunt qui opinentur, Caelius. Muscus, & œnanthe, & peregrini muris pellicula, Hieronymus ad Demetriadem. Quis autem sit peregrinus mus, inquit Hermolaus, odorata celebratus pellicula, nō uideo: nisi quis animal hoc intelligat ex quo zibettum excipitur. Atqui nos zibetti animal longe diuersum à mure esse post Pantherae historiam demonstrabimus. Mihi quidem uerisimile fit hoc ipsum animal ex quo moschus odoramentum funditur, Hieronymum genus muris esse putasse, historia eius tanquam rei nouae & ex alieno orbe aduectae nondum cognita, ad quam opinionem nominis etiam uicinitas allicere potuit. Accedit quod in pelliculis animantis suae adferri soleat. Quin & Raphael Volaterranus, uir alioqui doctus & nostri ferè saeculi, Murem illum, inquit, qui odoratus uulgò habetur, murem muscū Hieronymus in epistolis uocat: & in alia epistola murem peregrinum. Apud Italos quidem hodie odoratum quendam murem MOSCHARDINVM appellari audio: sed illum in Italia reperiri, nec peregrinum esse. Ruelius in historia stirpium mures simpliciter moschi odore recrementum aliquando excernere scribit.

DE MVRIBVS AGRESTIBVS.

Figuram in fine huius Tomi requires.

A.



MVRES agrestes in terra habitant, duorum generum, rubeus & niger, Albertus. Effigies quam damus (in fine libri) muris agrestis maioris est, qui terram fodiendo hortos & agros populatur. Eiusdem generis alij minores sunt, domesticis similes, magis ruffi, quales me in alpibus etiam uidisse puto. Caeterum syluestres aut syluaticos mures, quorum generis & forex est, eos uoco, qui non in aruis & locis cultis aratisue, sed in syluis habitant, de quibus infra separatim agam. Mus subterraneus, quem alij agrestem uocant: Seruius à Cicerone nitedulam putat nominari, Ge. Agricola. Ut illa ex uepreculis extracta nitedula remp. conaretur arrodere, Cicero pro S. Sestio, Nitedula quidem est etiam cicindela dicta, ex insectis, quae noctu lucet. Saepè exiguus